



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

[XLV. Mulier clauda curatur.]

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

Mulier clauda curatur.

Tem inter occursantes à remotioribus terræ illius partibus, mulier quædam non solum incesu priuata; sed & totius corporis miserabili specie deformis & distorta à conuiantibus vehiculo trahatur. Quæ, de Beati HENRICI patrocinio confidens, propter ubiq; iam vulgata virtutum eius insignia, nomen illius assidua inuocatione cum oculorum, manuumq; extensione memorabat. Ideoq; quod totis animi votis quæsiuit, itinere adhuc inuenire meruit. Laxatis siquidem fibris, ac gibbi modo reflexo, totoq; corpore in habilem redintegrato formam, vocem in se virtutis ostensæ præconam fudit. Verisq; in stuporem commeanibus, vehiculum deserit, & lætantes de DEI magnalibus, lætior ipsa præcedens ad Ecclesiam venit: ac vota, quæ pro recipienda sospitate factura venerat, iam eâ potita, triduo illic morata soluebat.

* PRACONEM.

CAPVT XLVI.

Mulier à continuo dentium dolore liberatur.

Nciuitate Hallensi, quæ duobus à Merseburgensi loco miliaribus distat, fuit matrona quædam non ignobilis; quæ, iugi ferè dentium dolore vexabatur, ad eò, vt paulatim robore dentium absumpto, spem salutis assiduitas negaret doloris. Cumq; noctis cuiusdam initio vehementius acerbitate morbi stimularetur, cum graui suspitio hanc prorupit in vocem: O beate HENRICE, qui omnium te quærentium necessitati succurris, me peccatricem plena fide te inuocantem, ne despice; sed fac, vt vel vnus noctis per tuum patrocinium perfruar quiete. His dictis, præ tædio, caput ad modicum reclinanti somnus obrepit: statimq; omnis, quo diu laborauerat, dolor funditus abscessit.

CAPVT

LVII